

C b
2199





9.
B E L L V M
G R A M M A T I
C A L E .

A D L E C T O R E M .

*Si vis Grammaticae cognoscere damna: libellū
Hunc lege, qui Bellum Grammaticale sonat.*

M. I. K.




V V I T E B E R G A E
Recusum per Zachariam
Lehman.

Anno ^{1900. 1222} M. D. LXXXI.

IN BELLVM GRAM-
MATICALE IOANNIS

Spangenbergij ΕΞΑΣΙΧΟΥ.

RAnarū & murū pugna descripsit Homerus
Nasq; terrigenū cum Ioue bella virū.
Multi Gallorum turmas cecinere cruentas
Spicula sanguinea fortiter acta manu.
Sunt quibus Hispania libuit discrimina gentis
Et Vaticani promere bella patris.
Et sunt qui magni meditantur praelia Turcæ,
Cur ego non bellum Grammaticale canā?
Quo licet amborum sint magna pericula regū
Et viridis multo sanguine inundet humus.
Cuncta tamen possunt amborum hæc praelia
Non citra ludum deliciasq; legi. (regum,



HVc ô parue puer vigili cognosce labore
Dum mens atq; ætas, dum pia fata sinūt.
Nam subito currunt mortalis tempora vitæ,
Et fugiunt nostri ceu solet vnda dies.
Ergo Musarum sequeris qui castra iuventus,
Excole doctisonis artibus ingenium.
Nullaq; perchari labatur temporis hora,
In qua non aliquid te didicisse probes.

S. Selsisch Iunior
VV.

A-
M-
rus
m.
s
tis
e,
ã?
gũ
us.
lia
n,
it.
e,
us,
y

SAMVEL SEL-
FISCHIVS IVNIOR,

PETRO SELFISCHIO

IVNIORI. S. D.

NON ignoras charis-
sime frater, quanto
suavissimi parentes
amore nos ample-
ctantur, quàm benignè ac
promptè pro naturali societate in
nos beneficia conferant, vt &
nullis in re vlla parcant sumti-
bus, Idq; propterea quò ad a-
morem studiorũ alliciant nos,
nosq; aliquando Ecclesiæ aut
Reipublicæ utiliter seruietes
atq; in honoribus constitutos
læti aspicere possint. Quod
cum Dei beneficium sit sum-
mum, & maximum, si Deus

A 3 paren-

parentes, non Ethnicos, sed
Christianos & pios liberis lar-
gitur, qui eos non solummo-
do rebus, quæ ad corpus spe-
ctant, procurant: verum ad ti-
morem quoq; Dei, & honestas
disciplinas assuefacere & edu-
care student, cumq; hoc bene-
ficio fruamur: gratis animis ac
perpetuis certè laudibus à no-
bis est celebrandum. Mecum
igitur pro hac bonitate patri
æterno gratias omnibus tem-
poribus ages, eumq; precibus
coniunctis sollicitabis, vt no-
stros parentes incolumes ac vi-
uos diu conseruare velit.

Deniq; vt amantissimi no-
stri parentes videant animorũ
nostrorum voluntatem, quòd
nimirum artium bonarum
studia

studia æquè nobis atq; pietas
sint curæ: Patrem nostrū cha-
rissimum, vt libellum istum,
cuius inscriptio est de Bello
Grammaticali, sumtibus pro-
prijs excudi denuo curaret, ex-
orauī, quem tibi magnopere
commendo, ad cuius etiam le-
ctiōnem diligentem te frater-
nè cohortor, siquidem olim in
omnibus fermè scholis, (vti au-
diui) admodum fuit familiaris.
Ex hoc fraternum meum ani-
mū cognoscere poteris, quā
ex animo tuis faueam com-
modis, Atq; cohortationis lo-
co distichon illud pium Reue-
rendi ac pij senis Domini Ma-
thesij, piæ & beatæ memoriæ,
addam, quod diligenter me-
moria retinebis:

A 3

Pasto-

Pastoris, patris, vox praeceptoris, amici,
Estq; p̄ij fratris vox benedicta D E I.

Omnia faciemus, vt voluntati,
Spei, atq; expectationi paren-
tum satisfaciamus, mutuò nos
amabimus, & in studijs nostris
strenui erimus. Deus nobis, &
inceptis nostris suo sancto Spi-
ritu aderit, benè vale. Datae V.
Iduum Iunij, Anno 1577.

Γραμματικῆς ὅς πῦμα θέλει, ὄπλα θ' αἶμα
(ματόεντα
εἰδέμενα βιβλίον λέξει ἐκείνα τόδε.
ἦ δὲ διδάξει ὁ μὲν, ὅσοι κακὸν αἶψὶ προσάπτει
ἀνδράσι δυσμενικ, ὅτῃα ὀφέλλει ἔριμ.

Z. Theobaldus.



BEL-

BELLVM GRAM- MATICALE.



GRAMMATICAE
Prouincia, licet vnica sit & indiuidua, geminos tamen habet, qui in ea imperant, potentissimos Reges, *VERBUM* scilicet & *NOMEN*. Et quidem prior Amo, posterior Poëta nuncupatur, Qui diutissimis temporibus tanta simul regnauere concordia, vt in consocienda oratione, nullum vnquam dissidium, nullum deniq; litigium inter eos fuerit auditum.

In hac igitur Regum concordia, cum Grammaticæ totius res optimè procederent, feliciq; prosperarentur successu, accidit, vt orta inter eos ex parua causa dissensione, cuncta tumultibus & inexpectatis bellorum anfractibus inuoluerentur. Quid enim non faciunt vinum & immoderatus sumptus epule? Tantam animorum coniunctionem, vnius conuiuij ebrietas, in eas impulit vtrumq; Regum inimicitias, vt immoderata dominandi libidine acti, tam nobile Grammaticæ imperium penè euerterint.

B E L L V M

Propositio.

Referam autem quònam pacto gesta
sit res, vt sciant omnes, nullum esse tam ar-
ctum amoris vinculum, quod regnandi libido
non soluat.

**Topogra-
phia est.**

Cœnantibus aliquando prædictis Regibus
in medio æstatis feruore, secus placidissimum
& perennem fontem, cuius ripas vndiq; vi-
rides fagi & altissima platati, opacitate exi-
mia adumbrabant.

**Occasionem
belli insinu-
at.**

Posteaquàm abundè
ventri factum est satis, vt incaluissent omnes
mero, Orta est inter eos quæstio, cuius nam
partes in oratione conficienda potiores cense-
rentur. Et Verbo quidem digniorem locum si-
bi asscribente acriter resistebat Nomen, asse-
rens, sine se stare orationem non posse, imò se
antiquiorem & digniorem esse. Quis inquit
nesciat fuisse prius Nomen quam Verbum?
Deum certum est fecisse omnia, Quod si om-
nia, vtiq; & Verbum. Deus autem nomen est
non Verbum, Igitur à Nomine facta sunt om-
nia, etiam ipsa oratio. Legisti ne aliquando,
Inter natos mulierum non surrexit maior Io-
anne Baptista, Dei hæc est sententia, Huic
refragari minimè tibi fas erit, si Ioanne nul-
lus est maior, Ioannes autem est nomen eius.

**Oratio' Re-
gis nominum
Poëtæ.**

Et

GRAMMATICALE.

Et alibi, Cui nomen erat Ioannes, Apparet certè nihil maius nomine posse reperiri.

Mirabar, respondit Verbum, ô Poëta, quòd Plato ille diuinus, te sua eiecisset republica.

Responsio
regis verbo-
rum Amo.

Nunc animaduertens, quanta impudentia & temeritate sacræ pagina, diuinas authoritates tuis ineptijs inuoluas. Sed ne solus sapere videre, manifestissimis scripture testimonijs meam authoritatem conseruabo. Proferam

Plato lasci-
uas Poëtas
vrbe pellen-
dos dicebat.

autem ipsum Noui Testamenti caput, vbi di-

Iohan. I.

citur: In principio erat Verbum, & Verbum

° °
° °

erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ar-
rige aures, cur faciem caperas? Deus, inquit,

erat Verbum, Omnia per ipsum facta sunt, &
sine ipso factum est nihil, Non igitur Nomen

fecit omnia, sed Verbum. Deus autem erat

Verbum, non Nomen, Sed & verbo Domini

° °
° °

cœli firmati sunt, & omnis virtus eorum.

Quid igitur dices? Non est quod te diuinis

tueare testimonijs, quæ pro me stare, tibiq;

aduersari intellexisti.

Quæ tua est insania? Vnde hos tibi tam

repentè sumpsisti spiritus? vt audeas in orati-

one digniorem tibi locum vsurpare, an te præ-

terit, omnem decorem & suauitatem oratio-

nis ex me vno procedere, à Verboq; Nomen,

A V non

B E L L V M

non à Nomine Verbum regi consueuisse? Verborum elegantia orationem exornat & illustrat, Et nisi te in oratione regam ac dirigam, tu mancus & debilis reperiare. Poteris ne tu constructionem vnā connectere, in qua mihi non continuo principales partes tribuantur? Quid ergo blactis? Et quod ille ait tuus, Projicis ampullas & sesquipedalia verba.

Horatius.

Exprobratio.

Nominum inquires, Rex sum, Sed quod est tibi nomen? Poëta respondes. Quid aliud est Poëta, quam nugigerulus, nugiuendus, fabularum inuentor, scelerum magister, loquax, nugax, mendax, ebrius & fatuus, qui vera inuertas, falsa ingeras, totumq; orbem garrulitate inficias & perturbes. Quid ex te habent, vnde ad virtutem incitentur adolescentēs? nisi adulterum Iouem, Zelotypam Iunonem, meretricem Venerem, mœchum Martem, reliquaq; tuæ sapientiæ præclara commenta, quibus cœlum terræ, & terram cœlo, audeas permiscere.

Responso Poëtæ.

Ad hæc excandescens Rex Poëta. O improbum inquit caput, Talia de nobis temerario ore dicere præsumpsisti, Simultq; arreptum poculum in illum furibundus immisisset, nisi

ex

GRAMMATICALE.

ex circumstantibus quidam apprehensam eius dextram ab ictu diuertisset. Non dubium quin irritatis vtrinq₃ animis, à verbis ad verbera, vulneraq₃ deueniendum fuerit nisi interuenientes seniores et saniores viri, vtrumq₃ regem furore ebrium, in suas ædes reduxissent.

Postridiè cum ambarum partium studiosi conuenissent, maxima apud omnes de pridiana contentione disputatio habebatur. Maior pars & iuniores præcipuè, mirum in modum fremere. Terentius qui tunc ibi aderat, cum suaderet nihil præcipitata sententia fieri debere, & omnia prius consilio quàm armis sapientem experiri oportere, Tantus nihilominus fuit omnium nominum cum suo Rege ad arma consensus, vt in eam itum sit sententiam, omnibus verbis continuo bellum indici debere.

Missio igitur Tubicine ad Regem Arno, bellum manifestum confidentissimis animis denunciarunt, Nec saniora quidem apud verborum Regem agitabantur consilia, ad quem conuenientes suæ partis ordines, omnes longa disceptatione agebant, de retinenda in Grammaticæ regno Verborum dignitate, deq₃ nominum

*Sequentis
diei acta com-
memorat.*

*Terentius in
Eunucho, Act.
4. Scæ. 7.*

*Verborum
Regi bellum
indicitur.*

B E L L V M

minum praesumptione deprimenda. Interim superueniens Poëtae Regis nuncius, de bello quæ sibi mandata fuerant, diligenter exposuit, enimvero lato se animo accipere illis respondentibus, ad belli cogitationes versi sunt omnium animi.

Legatio Regis verborum,

Misit itaq₃ verborum Rex tibicines & nuncios suos ad omnes nationes & gentes, quæ suo parebant imperio, iussitq₃ vt cuncti, armis idonei, ad constitutum diem adessent.

Aduerbia localia, Interrogatiua enumerat cū suis responsiuis.

Quo.

Vbi.

Qua.

Vnde.

Quorsum.

Quousq₃.

Omniū autem primus adfuit aduerbiorum dux Quando, cum centurionibus sex, videlicet Quo, Vbi, Qua & Vnde, Quorsum & Quousq₃. Quos sequebantur manipulares sui, Sub primo quidem hi erant, Huc illuc, istuc, intrò, foràs, aliò, nequò, aliquò, siquò, illò & eò. Sub secundo, Hic, illic, istic, intus, foris, ibi, ibidem, sicubi, necubi, alicubi, aliàs, alibi, vsquam & nusquam. Sub tertio, Hac, illac, istac, nequa, siqua. Sub quarto, Hinc, illinc, istinc, inde, alicunde, celitus, funditus. Sub quinto, Horsum, illorsum, introrsum, extrorsum, dextrorsum, sinistrorsum, aliorsum, retrorsum, sursum & deorsum. Sub sexto, Hactenus, hucusq₃, eousq₃, vsq₃ modo, vsq₃ nunc,

Sextus

GRAMMATICALE.

Sextus centurio signum ferebat manu propria, ibatq̄, medius omnium, ita vt duo præcederent ordines, ipse sequeretur, tres clauderent agmen. Multa alia aduerbia antecurabant. Quedam procedentium acierum tangebant latera, illa itinera explorabant. Hæc curabant ne ordines interrumperentur, quorum nomina hæc sunt, Peregrè, ponè, super, supra, intra, extra, citra, vltra, cum alijs pluribus.

Venère post hæc alia Aduerbia, qualitatis, quantitatis & numeri, cum quibus erant aduerbia iurandi, Edepol, Ecastor, mehercule, & profectò, Item vocandi, vt heus & ô. Respondendi vt hem, Ridendi vt ha ha, Negandi vt minimè, nequaquam, qui nequaquã licet strenuus in bello esset, & diu exercitatus, nihilominus omnium mendacissimus habebatur. a Omnia hæc Aduerbia triplici muniebantur armatura, ferebantq̄, pro scuto, speciem, pro lorica, significationem, pro ense, figuram.

b Multæ aliæ nationes Verborum venère in auxilium Regis sui, videlicet, natio Incoatiua, Frequentatiua, Meditatiua, Desideratiua, Imitatiua & Diminutiua, cum copijs non spernendis.

Aliarum significationū aduerbia recenset;

Ridiculū interferit de aduerbio Nequaquam.

a
Accidentia Aduerbiorū explicat.

b
Enumeratis Aduerbijs, nunc auxiliarem turbam verborum explicat.

Adfu-

B E L L V M

Ingenuose
Anomala
verba de-
scribit.

Adsuere etiam fortissimi satrapæ Anomali, qui latè dominabantur in consinibus Grammaticæ, bellicosissimi quidem, sed qui nullo possent contineri ordine, scilicet Sum, volo, fero, & edo, quibus concessum fuit à rege, vt in quocunq; vellent castrorum loco, sua figerent tabernacula, modò inter milites nullum concirent tumultum.

Defectiua
verba enu-
merat.

Post hos aduenit natio verborum Defectiua, pulcerrimè per turmas ordinata, scilicet Memini, noui, cepi & odi. Item, Vale, aue, salue, aio, inquam, faxy, cedo, omnes armati & ad pugnam presentissimis animis preparati, Quos sequebantur omnia verba actiua, vestita in o, & passiuia in or, Neutra quoq; cum Deponentibus & Communibus & Impersonalibus, Erantq; armata generibus, temporibus, modis, speciebus, figuris, personis & numeris.

Quintuplicia
verborum
genera affert.

Accidentia
verborum
numerat.

Topogra-
phia est ca-
strorum Re-
gis Amo.

Coniugatio-
nes verbo-
rum enume-
rat.

Congregato huiusmodi exercitu, rex Amo omnes copias deduxit in latissimos campos coniunctionum, in loco quodam, qui dicitur Copula, Ibiq; castra metatus est, iuxta flumen disiunctuarum, nomine Siue, Diuisitq; omnia sua verba in quatuor Coniugationes, vnicuiq; tribuens in castris proprium locum,

exce-

GRAMMATICALE.

exceptis quibusdam familiaribus verbis, quibus iniunctum fuit, ut sarcinas ferrent Infinitiuorum, ut sunt, incipit, desinit, debet, vult, potest, iubet, audet, nititur, tentat & dignatur. Vltimò omnium venere in castra quedam verba magnæ authoritatis, ut pluit, ningit, fulgurat, tonat, fulminat, coruscat, diescit, lucefcit, aduesperascit, trahentia post se cohortes fortissimorum militum suorum, sed & Gerundia cum Supinis, relictis nominibus, transfugere ad Verba.

Verba ex-
emtae actio-
nis recenset.

Audiens verò nominum Rex Poëta, quanta arma contra se preparassent aduersarij sui, veritus ne subita vi aliqua ingruente, opprimeretur, si imparatus tantarum virium impetum expectaret, omnibus imperio suo subditis indixit, ut quamprimum fieri posset, armati & instructi pro viribus adessent, In cuius auxilium, utpote propinquiores, primi adfuerunt, Pronominum duces, Ego, Tu, Sui. Consanguinei ipsius regis & ex eodem sanguine procreati. Meus, tuus, suus, noster, vester, nostras & vestras. Item, Ille, ipse, iste, hic, quis, qui. Omnia autem Pronomina diuisa erant in cuneos, alia erant Primitiua, alia Deriuatiua, alia Relatiua, quedam Possessiua, quedam Gentilia.

Enumeratis
copiis verbo-
rum, auxilia-
rem nominum
turbam com-
memorat.

Eleganter nu-
merum pro-
nominum
insinuat.

Venere

B E L L V M

Articulos
enumerat.

Accidentia
pronomini
explicat.

Varia Rela-
tiua adducit.

Mira ingenii
industria præ-
positiones
enumerat, di-
uidens eas in
tres turmas.

Præpositio-
nes accusati-
ui casus.

Ablatiui.

*Venere insuper tres articuli pugnacissimi,
& longo belli vsu exercitati, Hic, Hæc & Hoc,
Omnia hæc Pronomina, speciebus, generibus,
numeris, figuris, personis & casibus armaban-
tur, & diuisa erant in quatuor Declinationes,
Duces Relatiuorum, Quis, Qui, Quæ, Qua,
Quod, Quid, Referendarij erant, generales re-
ges nominum in suo regno, cum quibus fuere
omnia Relatiua substantiæ distincta in duas
turmas, identitatis & diuersitatis. In prima
numerabantur, Tuus, suus, ipse, sui, ille &
idem. In secunda Cæter, alius, reliquus, alter.
Princeps Relatiuorum accidentium erat Qua-
lis, cum quo militabant, quantus, quot, quo-
tuplex, cuiates &c.*

*Venit etiam Præpositionum Regina Ad,
cum qua erant ab & in, coniunctæ nominum
casibus, Ducebãtq; secum tres phalanges, stre-
nuorum militum. In prima erant Apud, ante,
aduersus, cis, citra, circiter, circum, circa,
contra, erga, extra, inter, intra, infra, iuxta,
ob, pone, penes, per, prope, propter, post, præ-
ter, supra, secundum, secus, trans, ultra, vsq;
Versus. Omnes seruietes accusatiuo casui.
In secunda fuere A, Abs, Cum, Coram, Clam,
De, E, Ex, Pro, Præ, Palam, Sine, Absq; Te-
nus,*

nus, C
tia er
vtrici
Di, D
um o
milit
buta
Prop
Post
rocli
ua,
quin
dam
rum
ra &
nom
eanc
cast
Ita,
us fl
tes,
qua
est,
quor
nia p

GRAMMATICALE.

*nus, Omnes seruietes ablatiuo casui. In Ter- Vtriusq.
tia erant, In, sub, super, subter, quæ seruibant
vtriq₃ casui, Militabant & hîc Prepositiones, Inseparabi-
Di, Dis, Re, Se, An, Con, Eratq₃ eorum propri- les.
um officium, compositionem facere in vsum
militum. Nam tunc dies quadragesimæ erant.*

*At qui omnia nomina in suas acies distri- Varia nomi-
buta, pulcerrimo ordine procedebant, scilicet ra enumerat,
Propria, Appellatiua, Substantiua, Adiectiua.
Post quæ Comparatiua & Superlatiua, Hete-
roclita, Patronymica, Possessiua, Denominati-
ua, & Numeralia, distinguebanturq₃ in Accidentia
quinq₃ Declinationes, scilicet, Primam, Secun- nominum re-
dam, Tertiam, Quartam, & Quintam, quo- censet.
rum arma erant, species, genera, numeri, figu-
ræ & casus.*

*His igitur omnibus in vnum coactis, Rex Descriptio
nominum Poëta copias & ipse suas deduxit in castrorū re-
eandem planitiem Coniunctionum, Posuitq₃ gis Poëte.
castra ab altera parte prædicti fluminis Siue,
Ita, vt tantos exercitus vnicus diuideret alue-
us fluminis, Vnde & factū est, vt inter aquan-
tes, non leuia interdum prælia inirentur. Nun-
quam tamen totis copijs in aciem descensum
est, prohibentibus id vtriusq₃ partis regibus,
quoniam nec dum ad pugnam necessaria om-
nia parata intelligebant.*

B Satage-

B E L L V M

Vterque Re-
gum Partici-
pium in suas
partes trahe-
re nitentur.

Satagebat vterq³ regum Participium in
suas partes trahere. Erat verò Participium in
tota Grammatica prouincia maxima autho-
ritatis, & post reges, dignitate & potentia
primus, Qui in quamcunq³ partem cum suis
viribus inclinasset, haud dubie victoriam se-
cum trahere posse videbatur. Quapropter non
tam Verbum quam Nomen, vt hunc sibi ad-
iungeret, nihil intentatum pratermittebat.

Epistola Re-
gis Nomi-
num ad Par-
ticipium.

Præoccupans autem Nominum rex Poë-
ta, huiusmodi ad illum literas dedit. Non arbi-
tror te præterire, frater mi, quanta insolentia,
quo animi tumore contra me nominumq³
dignitatem insurrexit Verborum rex Amo,
quæue temeritate conficiendæ orationis pri-
mas partes sibi vsurpare præsumat. Propter
quod, licet inuiti, arma sumere, & copias co-
gere coacti sumus, vt illius contusa superbia,
auctoritatem nostram illibatam conseruare
valeamus. Enimvero, cum optimè scias quan-
tum nominum gentibus debeas, quæue ab illis
beneficia acceperis, feceris pietate & fide tua
dignum opus, si communem rem, communes
spes, nobiscum protecturas, cum tuis te legio-
nibus nobis adiunxeris. Nam euerso nominum
imperio, nihil est quod in Grammatica solo
tutum

GRAMMATICALE.

tutum tibi possis arbitrari. Vale & quantum potes tuum festina aduentum.

Scripsit verò & Rex Amo ad Participium in hæc verba. Non me latet charissime amice, sollicitari te maxima instantia ab aduersarijs nostris, vt contra nos bellum gesturus secum in campum descendas, Et licet pro tua prudentia nihil temerè te gesturum confidamus, necessarium tamen duximus admonere & hortari te, vt mente reputes, quæ à nobis habeas commoda, Quanta ex verbis dignitati tuæ fiat adiectio. Et libet minutula quædam à nominibus accepisse videaris, ampliora tamen sunt, quæ tibi à nobis tribuuntur. Iustius itaq; feceris, si ad felicia hæc nostra perueneris castra. Nam nec verisimile est, si succubuerimus, ipsos hostes à rebus tuis temperaturos, quin victoricia (quod Deus auertat) in te conuertant arma, quò soli tandem in omni Grammaticæ solo pro effrenata animi libidine grassari queant, Vale.

Ambarum igitur partium lectis literis, cogitabat Participium neutri se parti adherere posse, sine grandi rerum suarum pernicie, Contra, si se medium gerat, vel amborum seruare gratiam, vel quod magis destinabat animo

B 2

vtriusq;

Epistola regis Verborum ad Participium.

Participium licet neutri adherere uoluerit, insidias tamen parabat, vt oppressis regibus ipsum regno potiretur.

B E L L V M

utriusq₃ res bellorum cladibus ita affligi posse pensabat, vt illis depressis, regno Grammaticæ sine controuersia potiretur. Verum dissimulandas huiusmodi cogitationes censebat, duccendosq₃ vtrosq₃ verbis, quoad certaminum euentum posset inspicere.

Epistola Participii ad vtrumque regem, Quos acriter castigat, aliud tamen animo præ se fert.

Rescripsit itaq₃ utrisq₃ in hæc verba. Accepi literas vestras, illustrissimi Reges, easq₃ non sine ingenti animi dolore perlegi, audiens inter adeo coniunctos principes, tanta exorta dissidia, vt contineri minimè possitis, quin Grammaticæ tam celebre imperium, & propria regna cruentissimo bello sitis euersuri. Quæ vos occupant intemperie? Vnde ea mentium alienatio? Per immortalem deum, quò progrediamini? Paululum cogitate, quantum letabuntur aduersarij vestri ignorantie & barbarismorum incompositi populi, intuentes hostium suorum vires, mutuis dissidijs lacerari. Adiuro vos per deos omnes, superos, medios & insimos, regredimini, abstinete suntis armis, ne damnabili dominandi libidine pulcherrimã totius orbis Prouinciam tumultibus & cladibus inuoluatis, Atqui si ita infatis fuerit, si omninò decretum est vobis bello decernere, Meum erit nulli vestrum adherere.

Par-

GRAMMATICALE.

Partem quippe iurisdictionis meae capio à Verbo, partem à Nomine, Et cum vtriusque multum debeam, vtrumque commeatu, alijsque ad victum necessarijs rebus, quantum potero, adiuuabo. Abstinebo autem armis, tantumque ad id meas cogam copias, ne in hac bellorum licentia fines imperij mei aliquatenus possint deuastari. Dent vobis dii vt saniora cogitetis, Valet.

Licet verò Participium hæc rescripserit, alebat nihilominus versipellis & vaser, quibus poterat modis, regum discordias, concitabatque occultis literis vtriusque gentis animos ad pugnam, sperans ex eorum interneccione, facile sibi aditum ad totius Grammaticæ imperium posse parari.

Verfutiam
Participii
describit.

Dieque quo milites sui ad se conuenirent, indicto, non contemnendas & ipse copias aggregauit. Adsuere in primis desinentia in Ans, ens, tus, sus, xus, rus & dus, cum nominibus verbalibus in Tor, Trix, & similia, Quae incolebant loca vicina Verbo & Nomini, Participio se adiunxere, Sed & Gerundia & Supina, vt ciuilia bella declinantia, ad Participium transfugere.

Terminationes Participiorum enumerat.

Nomina verbalia adfert.

Rebus hoc pacto dispositis, quo se vtriusque gratum exhiberet, destinauit vtriusque munera

Quid suffragii Participium vtri-

B E L L V M

que regi fecerit, recenset.

Accidentia Participiorum ingeniose enumerat.

Belle Vocales quinque enumerat, quarum duæ verbis, tres nominibus accommodantur, præsertim incremento.

precij non exigui, Et verbo quidem primum, misit, illa Neutropassiva, Gaudeo, Soleo. Audeo, Fio, Prandeo, Cæno, Iuro, Titubo, Placeo, Nubo, Careo, Mæreo, Taceo, & Quiesco. Nominum autem Regi dedit, desinentia in Tor, & Trix, misit etiam pro pedamento exercitus verbo, plaustra centum præteritorum, presentium & futurorum, Camelos mille figurarum simplicium & compositarum. Nomini verò per flumen Siue, transmisit decem onerarias naues casuum nominatiuorum & genitiuorum, Et totidem numerorum singularium & pluralium, Multaq; alia genera, Masculina, Fœminina, Neutra, Communia, et Omnis. Quibus peractis, continebat se cum legionibus suis intra proprios confines, expectans, quoniam inclinaret fortuna. At bellicosi reges, cum omnia abundè præparassent, nihil cogitabant aliud, quàm vt ex præclara aliqua re belli initia ordirentur.

Accidit autem, vt ex nobilioribus ciuitatibus totius Grammaticæ, duæ furto interciperentur, à Verborum rege, videlicet A & V, Quod audiens rex Poëta, eisdem artibus, tres alias occupauit E, I & O. Reliquæ ciuitates cautius vigilantes, sua seruata libertate, v-

trisq;

GRAMMATICALE.

trisq; se communes exhibuere, Quorum nomina sunt b. c. d. f. g. l. m. n. p. q. r. s. t. x. & z. quibus omnes Grammaticæ nervos constare certissimum erat. De Diphthongis binæ cuilibet regum datæ sunt, vt tubicinum officium exercerent. Sequebantur insuper vtraq; castra, mulierculæ quædam mimæ, varijs affectibus militum mentes afficientes, Earum quædam flebant & lamentabantur Grammaticæ communem stragem, quam imminere prospiciebant, vt Oh, Ah, Heu & Hei. Aliæ indignabantur & carpebant regum discordias, vt uah, prob, uæ, atat. Pleræq; admirabantur inter tam coniunctas personas, ea orta esse dissidia, ut Papæ, Sed & quædam ob mentis leuitatem gaudebant, hortabanturq; milites in prælium, vt Eia, Enax.

Diphthongos enumerat quarum duæ scribuntur et proferuntur, duæ scribuntur & non proferuntur.

Interiectiones diuersarum significationum adducit.

Cæterum omnibus ad pugnam instructis, visum est verborum Regi, quò ciuiles clades quantum in se esset, declinaret, honestaretq; aliquantulum factum suum, Nominum regi huiusmodi Epistolam scribere. Intelligere potuisti O Poëta, quàm paratus, quàm robustus tecum certaturus in campum descenderim, nec ignarus es, eas tibi minimè adesse vires, vt legionum mearum impetum possis expectare,

Deductis in campum aciebus, verborum rex ad nomen regem Epistolam mittit, in qua diem certaminis pandit.

B E L L V M

Tuis prudenter consules rebus, si mihi cedens, tuis te continueris, Quòd si insanire pergas, statq̃, sententia ferro decernendi, die tertia, omnibus copijs tecum congressurus in campum descendam.

Regis Nominum respon-
sio, acerbam
castigationem
verborum re-
gis continens
Epistola.

Has literas, cum Nominum regi dedissent tubicines Au & Eu, Ex consiliariorum suorum sententia, ita & ipse respondit. Semper tibi verborum est plusquam satis O Amo, nec nouum est, quòd verbositate tua audientium aures obtundas, Iactas tu pugnaces exercitus & tuos terribiles apparatus, quasi nos pumiliones locustasue nobiscum habeamus, Possessio tibi parua fuit semper in oratione, Et nunc eò te impulit tua insania, vt effugere nequeas, quin malè parta, peius gesta, pessimè retenta, hac tua regni portione iustis armis eijciare. Et vt scias quanti tuas inimicitias faciamus, tubicines nostri Ae & Oe, nomine nostro nudatos tibi lumbos porrigent, Si vt velim valeas, extremum valeas.

Latrocinia
quæ in bello
fieri solent,
describit.

*Huiusmodi literis iritatis vtrinq̃, animis, futuri praelij diem ardentissime cuncti expectabant. Creuerat interea ex temporum occasione (vt fit) facinorosorum licentia, exieratq̃, latrunculorum non spernenda manus,
quæ*

GRAMMATICALE.

que omnem Grammaticæ Prouinciam præde-
bantur, obsidentes itinerantes, aut alios in
vtraq; castra commeatum ferentes. Quapro-
pter crescente indies apud vtrumq; exercitum
annonæ inopia, intellecta eius rei causa, de v-
triusq; regis consensu, missi sunt duces qui-
dam peritissimi, cum militum opportuna ma-
nu, vt vel captos latrones interficerent, vel
fugatos omni Grammatica procul expelle-
rent, Qui ad ea peruenientes loca, circum-
dato à militibus quodam saltu, In quo ple-
rosq; ex illis latere compererant. Omnes ad
vnum intercepere, inter quos fuit quidam no-
mine Catholicon, qui grandem asinum voca-
bulis græcis latinisq; confise permixtis onu-
stum in Italiam agebat. Et ceteros quidem
cum laqueo necassent, hunc solum viuum cum
suo asino in castra duxere, qui tormentis co-
actus, confessus est se omnia vocabula in
Grammaticæ terris furto surripuisse. Cum
verò eum quis Græcè interrogasset, ingenueq;
respondisset se Græcè nihil scire, latinè parū:
Quid ergò (inquiunt iudices) Græca te in-
defers vocabula, quæ non intelligis? ad quæ il-
le: *Tanta apud nostros est imperitia, vt etiam
si barbariè loquar facile illis persuadeam me*

Bellorum in-
cōmoda re-
censet, quæ
sunt Annonæ
inopia rei, do-
mesticæ negli-
gentia, bellan-
rium inter se
iugis conten-
tio & interi-
tus.

Somniabin-
dum Catholi-
con intelligit,
qui latina græ-
cis, & græca
latinis inueni-
scuit, omnem-
quæ barbari-
em induxit.

B E L L V M

Atticæ eloquentiæ angulos omnes penetrasse. Risere vehementer astantes cuncti, hoc audito, Et me hercle, inquiunt, quando tam faciles auditores habes, quæ tua sunt, aut alias eorum domini non comparebunt, tecum ad illos ferens ibis incolumis, Quæ verò certum dominum habere dinoscentur, ea ut restituas, dignum iudicamus.

Facta igitur diligenti inquisitione, omnia fermè Græce, Isidoro, cuius fuerant, restituere, cetera latinis ut asportaret permittentes, illum dimisere cum suo asino, iam leuius incedente, iubentes nihilominus, ne unquam, nisi inter imperitos & indoctos auditores suos, Grammaticum se profiteri auderet.

Priscianus
omnium fere
Grammatico-
rum pri-
mus à barba-
ris immunis
non erat.

Taxat Au-
thorem illum
qui supple-
mentū Chro-
nicorum scri-
psit, Et mul-

Priscianus, vir præstantissimus, & in omnibus Grammatica apprime honoratus, cum egregè ferens ciuilibus bellis Grammaticam deuastari, seditiones sedaturus, in castra festinàs pergeret, à latronibus, Catholicò & socijs captus, spoliatus ac fustibus pulsatus, tale vulnus in caput accepit, ut nullo vnquam medicorum studio curari potuerit. Ex his, non multò post captus fuit quidam, qui se falso Historiographum publicè profitebatur, congefferatq; innumeras in volumen quoddam ineptias, Atq; eum

GRAMMATICALE.

*eum librum supplementum Chronicarum appellauerat, quem questionib. omnia furti fa-
teri coactum, in ignorantie terras perpetuo
relegarunt.*

*tas ineptias
concessit.*

*Dum hac agerentur, egressi ex verborum
castris quidam ex genere Anomalorum, vide-
licet Sum, Volo, & Fero, cum cohortibus tri-
bus, interceptere vnum ex centurionibus no-
minum, dictum Cæter, qui erat de genere re-
latiuorum, latebatq; cum manipularibus suis
in quadã spelunca, posita in biuio coniunctio-
num, quod & cum. Ipsumq; cum omnibus suis
singularibus trucidauerunt. Plurales vero in
tali discrimine constituta, cum Pasquillo Ro-
mano, grandem cereum oblaturos uoto obli-
gassent, huius sancti meritis præter omnem
opinionem incolumes euasere.*

*Pugnam Anomalorum
et Nominum
describit.*

Cæter.

*Pasquillus
imago est Ro-
mæ in patri-
ne sub ædib.
Cardinalis
Neapolitani.*

*Quod cum Poëta Regi nunciatum fuisset,
iratus est vehementer, tulitq; ægerrimè, quod
talem Centurionem amisisset. Erat quippe is
Cæter fortitudine insignis, audacia celebris,
& militaris rei peritia nulli secundus. Obser-
uabat igitur omni studio, si quo pacto acce-
ptum damnum benè cumulatam, hostibus pos-
set retribuere. Verum fortuna, quæ cum*

*Iacturam mi-
litis Cæter,
hodie in bel-
li tumultibus
omnes fere
deplorant.*

ip

B E L L V M

Quo pacto
syncopata
sint hæc ver-
ba, duco, di-
co, explicat.

Adducit quæ
dam verba
simplicia in-
usitata, quo-
rum tempora
tamen reci-
piunt eorum
composita.

Commune
malum belli
est, Coniura-
tio, Conspi-
ratio, & Pro-
ditio.

Enumerat
verba haben-
tia geminata
præterita.

*in omnibus rebus plurimum potest, tum in bel-
lo planè dominatur, optimam præbuit occasio-
nem, Nam iisdem diebus, à leuis armaturæ mi-
litibus nominum, captiui in castra adducti
sunt complures, ex verborum legionarijs, in-
ter quos erant ex imperatiuorum genere, Di-
ce, duce, face & fere, quibus ignominia cau-
sa, posteriores vestium partes prædici iussit rex
Poëta, ita vt nudas nates conspicuas gererent.
Et dimissi, vocati sunt in posterum, Dic, duc,
fac & fer. Fuo & specio similiter captos neca-
ri iussit, quorum bona à verborum rege acce-
père eorum per rectã lineam legitimè descen-
dentes, Inter quos futurus, & fui cum alijs à
suo oriundis, Et à specio Conspicio & despicio,
cæterisq; à Specio descendentes.*

*Detecta est interim in castris verborum
grandis proditio, Coniurauerant enim qui-
dam monstrosi milites, de genere præterito-
rum perfectorum, quibus bina erant capita,
moliebanturq; insidias verborum regi, qui
capti, conuictiq; damnati sunt perduellionis,
sive crimine læsæ maiestatis. Nomina eorum
fuere, Memordi, Cecidi, Cucurri, Pepedi, Ce-
cini, Peperi, Spospondi, Tutudi, Pepuli & Fe-
felli,*

GRAMMATICALE.

felli quibus iussu regis in presenti tempore vnum caput abscissum fuit, Et vbi prius dicebantur Momordeo, Cucurro &c. Postmodum vocabantur Mordeo, Curro &c.

Adueniente demum pugnae die, vterq; rex in eminentiore castrorum loco pallium rubrum poni iussit, quo milites admoniti futuri praelij, curarent corpora, prepararentq; arma ac reliqua in hoc opus necessaria. Postridie, summo mane, pransis militibus, ex omni parte, copiae summo silentio in campum deductae sunt, Explicatisq; ordinibus, suos quisq; vt viriliter agerent efficaci oratione excitabat, quamuis minimè opus erat, per se satis accensos verbis accendere, quin ipsi vltro crispantes tela furibundi ineundi praelij signum expetebant. Postquam id actum est, Tuba vtrinq; canunt, Contra consonat terra, Clamorem vtrinq; efferrunt, Imperator vtrinq; hinc & illinc Ioui vota suscipere, hortari exercitum pro se quisq; Id quod quisq; potest & valet edit, ferro ferit, tela frangunt, boāt cœlum fremitu virum, cadunt vulnerum vi viri vtrinq; multi.

Videre erat inter ceteros Defectiua verba pugnancia cum nominibus Heteroclitis. Et
hæc

In Futurum pugnae indicium vexillum è summo castrorum loco exhiberi sole, quo milites ad arma prouocentur.

Bellum Grammaticale describit.

Duellum verborum defectiuorum &

B E L L V M

nominum
Heteroclitō-
rum comme-
morat,

Aio.

Bellum tam
horrendum
fuisse prædi-
cat, ut præ
clamoribus
terræmotum
eo tempore
factum non
senserint.

^a
Ingeniose ac-
cidentia par-
tium enume-
rat.

*hæc quidem satis casibus & generibus nume-
risq; pluralibus acriter feriebant aduersarios.
Illi verò audacter resistebant, repercutie-
bantq; nomina Heteroclitita modis & tempo-
ribus, confringebantq; eorum Numeros &
Genera suis coniugationibus, Ex quibus Aio
singulari vtens audacia, duorum nominum
Heteroclititorum impetum diu sustinuit, Ve-
rum cum resistere non potuisset, spoliatum fuit
multis personis, modis, temporibus & numeris.
Remanseruntq; illi ex omnibus suis hi tan-
tum, Aio ais ait, aiunt, aiebam aiebas aiebat
aiebant, cætera hostium gladijs cecidère.*

*Pugnantibus hoc pacto vtriusq; legioni-
bus, atq; adeò simul permixtis, vt vix hostes à
socijs possent discernere, Tantus fuit omnium
in prælio ardor, Tanta animorum intentio, vt
cum eadem hora terræ motus terribilis fuerit,
& in ea prouincia vicinas vrbes prostrauerit,
nullus tamen eorum id senserit. ^a Obscuraba-
tur Sol multitudine sagittarum, numerorum
Singularium & Pluralium, obtundebantur
aures omnium clamoribus figurarum compo-
sitarum & decompositarum, vulnerabantur
innumeri iaculis specierum primitiue & de-
riviatiue,*

GRAMMATICALE.

uiuatiuæ, Sed & tubicines vtriusq₃ partis terribili taratantara concinentes, militum animos in pugnam, mirum in modum incendebant, muliercule quoq₃ mine interiectiones scilicet, pugnantium ordines circum euntes, cuncta suis affectibus perturbabant. Ex quibus frequentius audiebantur gementes illæ, Heu & hui, Oh oh, ah, væ. Atrox prælium fuit, & nisi coorta subito tempestate, ingens superueniens aquarum vis, pugnam dirimisset, actum sanè fuisset, de vniuersis Grammaticæ viribus. Tanta namq₃ erat omnium in mutua perniciem rabies, vt ingruente imbre ac signo receptui dato, vix tamen atq₃ agrè in castra reduci potuerint. Ambiguitas fuit maxima, peres quos eius pugna victoria staret, Ingens vtrinq₃ clades, Ingens cædes, ingens apud vtrosq₃ iactura, nec facile fuerit amborum detrimenta sermone complecti.

In primis, ex parte verborum, Verbum Defectiuum Infit, amisit omnes ab eo descendentes, Omnia genera, tempora, modos, personas, & numeros, Ipseq₃ singulari Dei munere (quoniam in periculo positus, vouerat se nunquam religionem aliquam ingressurum) saluus euasit, Sed tanto ex eo casu terrore percussus

Interiectiones recenset.

Miro ingenio bellum diremtum fuisse scribit, pluuis & tempestatibus exortis.

Iacturam belli exprimit, indicans quid cuiquam regi sit ablatum.

B E L L V M

perculsus fuit, vt postmodum in Grammaticæ regno prodire in publico raro sit visus.

Forem.

Forem, spoliatus fuit omnibus suis rebus, præter forem, foret, & fore.

Aue.
Salue.
Vale.

Aue, Salue, Vale, de genere Imperatiuorum grandem commilitionem suorum stragem accepere, paucis conseruatis, qui & nunc comparent, alios amisere.

Faxo.

Faxo, ex eadem gente actiuorum, cum omnibus suis manipularibus, circa se trucidatis, cum tribus tantum, videlicet, faxis, faxit & faxint, fuga euasit.

Inquio.

Inquio de genere neutrorum conseruauit, Inquis, inquit, inquiunt, inquam, inquiet, inquiet, Reliquos bellum absumpsit. Inquiens cum in castris participiorum esset, periculo non interfuit.

Apage.

Apage & Apagate, cunctis commilitonibus amissis, soli euasere.

Diet,

Diet vniuersos socios amisit, præter die-
scit.

Facio.

Facio, orbatus fuit filio suo facior, qui tamen priusquam expiraret, militari testamento heredem instituit, fio.

Posco, disco.
Metuo, Ti-
meo.

Posco, Disco, Metuo, Timeo, Renuo, Respuo,
Compesco, Vrgeo, omnes de genere actiuorum,
perdi-

GRAMMATICALE.

perdidere sua supina. Occasum beneficio notis, saluus euasit.

Nonnulla verba quæ amiserant Præterita sua Tertiæ coniugationis, in supplementum accepere, postmodum Præterita Quartæ coniugationis. In quorum numero fuere, Cupio, Petô, Quæro, Arcesso & Lacesso. Quædam amissis futuris in am, ne futurorum omninò abijcerent spem, Emerunt in nundinis Recatanensibus, alia futura in bo, ut, Eo, queo & Veneo.

Cupio, Petô,
Quæro, Ar-
cesso.

Recanetum
vrbs Italiæ
ad mare Adri-
aticum sita.

Omnia verba splendoris, spoliata sunt supinis, Inter quæ Luceo, Fulgeo, Splendeo & similia. Fulcio singulari vsus audacia excussit periculum & retinuit suum fultum.

Fulgeo,
Spendeo.
Fulcio.

Posteaquam ea enumerauimus, quibus aduersi aliquid euenit, minimè æquum fuerit carere laudib. illa verba, quæ, re strenuè acta, vel ex hostium spolijs, vel sui regis munere, ad priorem statum aliquid addidere. Inter cætera eminent, cœnatus, iuratus, mœstus, nuptus & pransus, quibus vltra propria præterita vocis actiue, accessere etiam præterita vocis passiuæ.

Postquam re-
censuit ver-
ba quib. ali-
quid abla-
tum est. Nūc
ea enumerat,
quibus ali-
quid accre-
uit.

Redimo duobus auctus est sensibus. Possidet enim ea hora tria significata, videlicet Emere, Liberare, & emendare.

Redimo.

C

Explico

B E L L V M

- Explico.** Explico ultra proprium sensum, qui est, extendere siue emittere, obtinuit, vt explana-
ret, ostenderet, extraheret & exhiberet.
- Præsto.** Præsto, multos accepit sensus, scilicet con-
cedere, tribuere, beneficium dare, persolvere,
excellere & superare.
- Haurio.** Haurio maiore ditatus est præda. Signifi-
cat enim accipere, audire, extrahere, aspicere,
auide sumere, vulnerare, tenere, defatigare,
vacuare, luere & consummare.
- Pasco.** Pasco geminos accepit intellectus, comme-
dere & alios alere.
- Vaco.** Vaco, licet minimè se prælio immiscuerit.
Nam (vt apud Plautum ait Sofia) cum pu-
gnabant maximè, fugiebat maximè, Fortuna
tamen quæ & desides plerumq; coronat, illius
ignauiam pinguioribus exuuijs voluit decora-
re, Fugientes enim ex pugna hostium quos-
dam conspicatus, tabernaculo exiliens inter-
cepit, quibus postea grandi pecunia se redi-
mentibus, sex sibi ultra priorem sensus acqui-
sivit, scilicet operam dare siue intendere, Ces-
sare siue in otio esse, inseruire, ociosum esse,
carere & vacuum esse.
- Studeo.** Studeo, tria lucratus est significata, faue-
re, operam dare & conari.

Pango,

GRAMMATICALE.

Pango, tres sensus accepit, scilicet Canere, Pango.
& tunc Præteritum habet Panxi, Pacisci, tunc
habet Pepigi, Coniungere, tunc habet Pegi. Sapio.

Sapio, ex ea die, binos tenet sensus, scire
& saporem reddere.

Fero, ex Anomalis, multis auctus est sensi-
bus. Significat enim portare, pati, siue sustine-
re, ducere, dirigere, dicere, nominare, dare, ex-
hibere, concupiscere, extollere, gignere, affer-
re, auferre, recipere, assequi. Fero.

Confiteor triplicem accepit intellectum,
scilicet laudare, purgare, & manifestare, siue
affirmare. Confiteor.

Supero, ob illius eximiam inter omnia ver-
ba potentiam, dati sunt sex sensus, scilicet, su-
pergredi, vincere, superabundare, superuenire
siue superstitem esse, restare & occidere. Supero.

Fuere quoque verba quedam, que amissis
proprijs præteritis, acceperunt postea à rege
suo præterita quorundam passiuorum, que in
bello ceciderant, scilicet Audeo, Soleo, Gaudeo,
Fio & Fido.

Verba Neu-
tropassiva e-
numerat, quæ
sub voce A-
ctiua præteri-
ta habent pas-
siuorum.

Verba illa pestifera & pernitiiosa, aliud
semper in lingua, aliud in corde clausum haben-
tia, licet nullum lucrū eo fecerint bello, tamen
prætereunda non sunt, Nec eorum reticenda

Enumerat
verba, quæ
sub voce A-
ctiua signifi-
cationem ha-
bent Passi-
uam.

B E L L V M

bitror nomina, vt ab illis caueant cuncti. Quoniam passionem continuo afferunt sub specie actionis, quorum haec nomina, Exulo, Nubo, Veneo, Vapulo. Vltimi huius insidias, adolescens quisq; quò fuerit cautior, eò enixius declinabit, si suis rectè consultum volet natibus.

Ostensa clade & fortuna verborū. Nunc cladem nominum recenset. Et primo enumerat ea, quibus aliquid ablatū est eo bello.

Cognitum est inter nomina quoq; non minus, quàm inter verba variasse fortunam, & vt à positiuis incipiamus.

Fuere ex illis nonnulla, quae in comparatiuis suis sauciata, medicorum diligentia aliqua somentum accepere, videlicet, Melior, maior, minor, dexterior, sinisterior, plus, magnificentior & magnificentior. Omnia irregularia & à secunda declinatione descendunt, Sed & Pius, arduus, egregius, tenuis, & similia, propria perdidere comparatiua.

Per magis ista suum formabunt comparatiuum.

Nomina desinentia in r, in superlatiuo amiserunt imus, & pro eo postea acceperunt rimus, vt Tener & saluber. Quibusdam pro simus, quo spoliati fuerant, concessum est limus, vt humilis, facilis, agilis, gracilis, similis.

Pulchre ostendit arborum nomina esse foeminini generis Excepit his, rubus, Oleaster frutex.

Veteri datum est veterrimus.

Fuere inter Arborum nomina quaedam, quae dum in praelio viriliter agerent, de repente miraculose mutarunt sexum, Et ex foemininis

GRAMMATICALE.

ninis facta sunt masculina, mirantibus omnibus qui aderāt, Ex quibus erant Rubus & Oleaster, que Liuius, vt monstrosa & mali ominis, mergi, aut Grammaticæ solo prorsus extirpari suadebat. Verum rex Poëta, nimiam illius superstitionem irridens, prohibuit, in-
quiens, non esse mali ominis, fœminas in viros mutari, quando ex malo sexu in optimum fiat ista conuersio.

Quibusdam Heteroclitis nominibus, vbi cum defectiuis verbis pugnarent, abscissi sunt omnes testiculi cum pene in plurali numero, quem casum Deus à nobis auertat, Deincepsq; in eo numero, neq; fœminina fuere, neq; masculina, sed neutra, quod certè miseratione dignum fuit. a Nomina eorum hæc sunt, Sibilus, Auernus, Balteus, Carbasus, Dindymus, Gargarus, Hismarus, Infernus, Locus, Menalus, Supparus, Tartarus, Pergamus, Supellex. Alia feliciorum successum sunt sortita. Nam cum in eodem plurali numero essent Neutra, cum maximo ipsorummet gaudio, continuo Masculini generis apparuere, vt cœlum, frenū, filum, porrum, rastrum. Enimuero porrum & frenum, dum Rome per emporium agonis transirent, reperta ibi sua Neutra pluralia, grandi pecu-

Perficiunt
est, atrox fu-
isse prælum
inter Nomi-
na Heterocli-
ta & verba
Defectiua,
quandoqui-
dem vtriusq;
multa deside-
rantur.

a
Enumerat
Heterocli-
genera tan-
tum-

Porrum.
Frenum.

B E L L V M

nia redimere, illisq; vti maluere, Masculino genere repudiato.

Balsamum.

Balsamum ex omnibus Arborum nominibus, solum remansit Neutri generis, Vnde est quod cum nec generare, nec parere queat, tanta illius est raritas, vt vnico in Iudæo solo reperiatur, id quod ipsa arbor agrè ferens, in lacrymis omnem suum fructum mæsta reposuit.

Enumerat Heteroclitia genere & declinatione.

Enumerat Defectiua nomina masculina singularia tantum.

Enumerat Defectiua feminina singularia tantum.

Enumerat Defectiua feminina pluralia tantum.

Alia nomina Neutro plurali spoliata femininum accepere, vt epulum, delitium. Quædam omnibus casibus in plurali spoliata, deinceps mutilata & marca remansere, Inter quæ Aër, æther, fumus, simus, limus, mundus, pontus, sol, sal, sanguis, puluis, &c. quæ omnia masculini generis sunt. Soles tamen apparuere aliquando, sed cum id accidit, contra naturam fuit, & pro prodigio habitum est.

Similiter & feminina nonnulla pluribus casibus truncata sunt, vt sunt fama, fames, gloria, humus, lux, labe, mors, pax, proles, lues, salus, sitis, tellus, tabes, vita, indoles, soboles, senecta, iuuenta.

Quædam alia feminina omisere in eo bello omnem numerum singularem, scilicet, argutia, bigæ, blanditia, cunæ, delitia, exequia, exuuia.

GRAMMATICALE.

exuuia, excubia, facetia, gena, lacrima, latera mina, phalera, habena, insidia, &c.

Nonnulla Neutra toto plurali numero exuta sunt, vt *coenum, fennum, æuum, solum, pus, & virus &c.* Insuper alia Neutra, totius singularis sui numeri iacturam sunt passa, scilicet *Arma, castra, cunabula, crepundia, exta, mœnia, magalia, pascua, ilia, præcordia, sponsalia, &c.*

Defectiua neutra singularia tantum enumerat.

Defectiua neutra pluralia tantum recenset.

Et ferè omnia Nomina Festorum: vt *Saturnalia, Dionysia, Bacchanalia, Floralia & Neptunalia.*

Nomina ea vana, quæ semper plura dicunt, & tamen vnum solum significant, amisso omni singulari, fuga elapsa sunt, sicut *Venetia, Pisa, Cuma, Athenæ & Theba.*

Urbium nomina pluralia tantum exprimit.

Nomina Metallorum omnem pluralem numerum amisere, vt *aurum, argentum, Orichalcum, Plumbum, Ferrum & Stannum.* *Aes vix era retinuit.*

Metallorum nomina plurali carentia recenset.

Sed & *oleum & frumentum* similem cladem accepere. Alia extremis suis membris, genitiuis scilicet & datiuis pluralibus mutilata, remansere, vt *iura, thura, ora, maria & fora.*

Quæ mensurantur & ponderantur carènt plurali

Sed nec omnia nomina in eo bello iacturam fecere. Fuere siquidem quàm plura, quæ spolijs

Postquam recensuit nomina quib. ali-

B E L L V M

quid ablatum est nunc ea enumerat, quibus aliquid accevit.

hostium ditata, maiorem exinde auctoritatem obtinere, Ex quibus quaedam ultra primum nominatiuum, alium etiam adepti sunt, vt arbor arbor, honos, labor labos, odor odos, cucumer cucumis, ciner cineris, puluer puluis, Quae tamen duo vltima ambobus nominatiuis non induuntur quotidie, sed quod conspicuum & ornatius est, & ex praeda habere, ad dies reseruant celebriores & festiuos.

Plaga-

Plaga vltra primum significatum, quod vulnus siue percussione significat, tres alios sensus accepit, videlicet, vt pro rete accipiat, pro spacio caeli vel terrae, & pro linteo candido, quae Romanae etiam nunc vtuntur matrone, dum in publicum prodeunt.

Ops.

Ops ab ea die tres sensus habet. Nam ops terram significat, sub ope auxilium praebet, sub opibus diuitias.

**Gerundiorū
voces sunt
tres, Di, do,
dum.
Lex Solonis**

Gerundia & Supina, quoniam toties transfugerant, mulctata sunt post consecutam pacem, ab vtroq; rege, orante contra eos Demosthene, legesq; Solonis proferente, quibus statutum fuerat, omnibus patriae honoribus priuandos esse eos, qui seditione in ciuitate exorta, neutri parti adhesissent, quoniam priuatis fortunis,

GRAMMATICALE.

fortunis, plus iusto prospicientes, publicas patriæ res despexisse videbantur, Et viuebatur tunc quidem, vt plurimum in Grammaticæ terris, Atticis legibus. Casus igitur omnes, præter tres, gerundijs adempti sunt. Supina verò duos tantum retinuere, ægrè idferentibus vniuersis Grammaticæ incolis, carpentibusq; maledictis non tam Solonis indiscreta præcepta, quàm Demosthenis impiam loquacitatem, dicentibusq; illum fascias & lanam domi reliquisse, nec gutturis morbum simulasse, quoniam à Gerundijs & Supinis non fuerat Mida aurum, sicut ab Harpalo quondam accipere.

Supinorum
voces sunt
duo, um et u.

Demosthenis
auaritia.

Quicquid ergò in omnibus Grammaticæ terminis auctum diminutumue reperitur, ex illo cruento, execrabili, & funesto bello processisse, manifestum est.

Posteaquam igitur vtriusq; partis legiones in castra reductæ sunt, desideratorum sauciorumq; censu habito, intellecta vtrinq; clade accepta, omnes passim ingemuere, quæstiq; acriter sunt, quod nimia dominandi libidine, rebus proprijs tantam cladem intulissent, & pœnitentia ducti, quisq; eorum, quæ pacis sunt, enixius cogitabat.

Cæsis vtrinque
multis,
tandem de
pace cogitât.

B E L L V M

Oratio regis
Nominum.

Primum verò rex Nominum Poëta, ad-
uocata concione, non sine lacrymis ita locutus
perhibetur. Scire vos arbitror, commilitones
mei, quàm inuitus pro decore, proq̃, amplitu-
dine (vt tunc arbitrabar) & nominum tuen-
da autoritate, contra fratres nostros, Verbo-
rum gentem, arma susceperim, quantisq̃, sate-
gerim modis, vt illis nobis cedentibus, ciuilibus
bella longius submouerint. Verum cum non
tàm nostra, quàm verborum etiam metior
damna, cum vtriusq̃, partis strages intueor,
flere magis libet quàm loqui. Operæ pretium
fuerat reminisci, quæ de Græcorum Romano-
rumq̃, ciuilibus odijs bellisq̃, scripserint ciues
nostri, quantis eorum ambitionem lacerau-
erint probris. Profectò ea si in mentem venis-
sent, nunquam in tantam insaniam à nobis
processum fuisset, nec ira & furore obcæcati,
quid ageretur non intelligentes, nostramet
viscera proprijs manibus discerpissemus. Sed
præterita (vt ille inquit) magis reprehendi
possunt quàm corrigi, Et melius est regredi,
quàm malè cepta sequi. Si ferro decernere
perrexerimus, si in finem vsq̃, insanire volueri-
mus, actum sane est de Grammaticæ imperio,
Tantaq̃, ignorantia & Barbarismorum gentis
fiet.

GRAMMATICALE.

fiet accessio, vt nemine obstante, nemine eorum temeritati obuiam eunte, vbiq; ipsi pro animi libidine dominari valeant. Quocirca, commilitones optimi, vt vtriusq; regni utilitati consulatur, vltro à Verborum rege pacem petendam censeo, vltroq; dextras porrigendas, Neq; hoc dixerim, quòd labar animo, quòd timore concutiar, sed quoniam luce clarius cerno res nominum, verborumq; non sine mutua, stabili & inconcussa animorum concordia posse consistere. Fungor ego officio meo, ea adducens, quæ communem salutem concernere minimè dubitò, audacter nihilominus quod volueritis, executurus, Vos itaq; quod facitis, deos omnes fortunare velim.

Placuit mirum in modum vniuersæ concioni, non utilis minus quàm opportuna sui regis oratio. Omnesq; militum ordinis ingenti sublato clamore, vt, quod rex tam sapienter suaserat, sine mora exequeretur, enixius petiere.

Missi itaq; in Verborum castra legati, ex Nominibus prudentiores, absq; aliqua difficultate, constitutis primum inducijs, in hanc postremò cum Verborum rege, eiusq; proceribus, deuenere sententiam, vt scilicet tres eligeren-

tur

Magno omnium applausu in regis nominum sententiam itum est.

Confecta pace eliguntur triumviri,

B E L L V M

tur viri, omnium Grammaticæ rerum periti,
quorum decisioni & arbitrio, vtrâq; pars sta-
re deberet.

Demandatum est igitur id munus Prif-
ciano, Seruio & Donato, cunctis approbanti-
bus, qui partis vtriusq; iuribus auditis, re inter
ipsos accuratiùs considerata, hanc postremò
sententiam protulere.

Sententia de-
finitiva tri-
um virorū.

Quòd Grammaticæ regibus, Satrapis, Ci-
uibus, studiosisq; vniuersis, faustum felixq; sit,
nos triumviri tolerandarum litium causa,
constituti, omnes contentiones, maledicta, in-
iurias, damnaq; quæ in hanc diem inter Gram-
maticæ reges eorumq; milites interuenere, re-
uocamus, tollimus & obliteramus. Etsi obliuio-
ni tradi nequeant, at saltem silentio tegenda
decernimus, statuimusq; vt de cætero in confi-
cienda oratione solenni, vterq; Grammaticæ
Rex, cū suis sequacibus conueniat, Verbum sci-
licet & Nomen, Participium, Aduerbiū,
Præpositio, Interiectio & Coniunctio. In quo-
tidiana verò & familiari oratione, soli, Nomen
& Verbum onus sustinebunt, arcessentes in
patrocinium suum, quos es suis volent, cete-
ris parcentes, ne toties citati nimis grauentur.

In oratione volumus Nomen Verbo suppo-
ni,

GRAMMATICALE.

ni Et cum apponitur, à verbo nomen regi debere decernimus, quantū ad casum, quantum verò ad personas, & numeros, verbum supposito cedere. Item volumus quod Participium reuereatur Nomen & Verbum, habeatq; regimen sui verbi, Si verò necessitas vrgeat, concedimus soli verbo, vt in prima & secunda persona, & in quibusdam verbis exemptæ actionis, in tertia persona faciat orationis sensum, semper tamen subintelligendo nominis auctoritate, sed non exprimendo.

Hec itaq; sententia, partibus presentibus lat est atq; promulgata, receptaq; ab omni-
us Grammaticæ incolis, miro omnium ordinum consensu. Quem etiam omnia Italiae & Germaniæ gymnasia approbauere, Studium verò Parisiense cetera recipiens, hoc suis provincialibus speciale reseruauit, pronunciandi scilicet tam verba quam nomina liberè, & sine aliqua syllabarum quantitatis discretionem.

Post hæc ignorantia studiosos omnes, Barbarismorumq; gentem ridiculam, inuolabili decreto omnibus Grammaticæ finibus submo-
uere Sed tamen barbaros quorundam principum fauore protectos, non Italia modo, sed
& Germa-

BEL. GRAM.

& Germania ipsa, nunc bonarum literarum
parens, vel inuita tueri perseuerat.

Inter quos, nonnullos etiam præbendis pin-
guioribus honestatos, rudes adeò & imperitos
reperies, vt si eos interrogas, Amo quæ pars?
dicturi sint: Parla che te intendo, Vsq; adeo
mulas ipsas, quibus tam sublimes vehuntur,
inscitia & obesitate animi supergrediuntur.

Predictis insuper arbitris, omnium con-
sensu, irreuocabilis potestas & perpetua cen-
sura data est, grammaticolos omnes, Gram-
maticæ corruptores, semilatinosq; & seni-
græculos, tanquam naturæ monstra inquiren-
di, puniendi, relegandi, omneq; id faciendi,
quod bonarum literarum cultum, aug-
mentumq; concernere anim-
aduerterint.

FINIS.




CG 2199

(8220 2894)

n
n-
os
s?
eo
r,
r.
n-
n-
n-
ii-
en
di,







B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Farbkarte #13

9.

BELLVM GRAMMATICALE.

ADLECTOREM.

*Si vis Grammaticæ cognoscere damna: libellū
Hunc lege, qui Bellum Grammaticale sonat.*

M. I. K.



VVITTEBERGAE
Recusum per Zachariam
Lehman.

Anno ^{1900: 1222} M. D. LXXXI.

